

Alte Drucke

**NAINIAI, THREODIAI KAI EPITAPHIA || IN OBITVM NO=||BILIS
ET HONESTISSIMÆ MATRO-||NAE MARGARETHAE
SCHVVAERTZIN: NO=||bilissimi & spectatissimi viri ...**

Rosenbach, Johann Wilhelm

Ursellis, 1595

VD16 ZV 31078

ΘΡΗΝΟΣ ΜΑΤΡΙΣ, ELISABETHAE, &c. AD FILIAM DEFVNCTAM MARGR

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-149708

OPHNOΣ MATRIS,

ELISABETHÆ, &c. AD FILIAM
DEFUNCTAM MARGR:



SCICINE te miseram, mors immatura, repente
Obruit, & senium non tulit ante meum?
Heu dolor & lacrymæ: cur meq; tuosq; relinquens
Deseris in tantis, filia amata, malis?

Quanta meis fueras nuper fiducia rebus,
Nunc subito tantus luctus es atq; dolor.
Nonne mihi letum cor erat, poterantq; uideri
Tempora jam uitæ prosperiora mee?
Dura sed optatos successus Parca fefellit,
Traxit & ex atro uellere fila mihi:
Dum tibi præcidit uitam crudeliter, & te
Rebus in humanis noluit esse diu.
Ab utinam tecum comes ire per æthera possem,
Inq; coruscantes hinc penetrare domos.
Insequerer: quamuis gressum tardante senecta,
Hinc mea membra procul uix ego ferre queam.
Sed quia fatorum tanta est uehementia, tantus
Et rigor, ut renuant uota precesq; pias:
Te mihi deploro properato funere raptam:
Nec tamen inuideo gaudia læta tibi.
Scilicet his erepta malis, nunc incola cœli
Regna beatorum nobiliora tenes.
Nec te sollicitant curæ tristesq; dolores
Amplius, & nihil est quod tua corda grauet.
Illic perfrueris Christo, quem sæpè uocabas
Cum gemitu, sensu deficiente tuo.
Illic intuitu læta amplexuq; tuorum,
Inter honoratos secula ducis auos.
Militiæq; sedens cœlestis in agmine puro,
Angelica assuescis uoce sonare Deum.
Hæc quoq; causa graues ut temperat una dolores,
Ponere sic luctum tristitiamq; iubet.

A 3

Sed modo

Sed modò præteriens aliquis tua busta viator
Hos legat, ad tumuli claustræ propinqua, modos:
Exuvias animæ tulit huc Margretha Sværtzin:
Dic bona verba pijs manibus, atq; vale.
Hos Elegos, hæc lugubri modò Carmina plectro,
Ad tumulum planxit mœsta Thaleia tuos.
Omnia quæ fieri potuerunt, præstita certè
Defunctæ sunt à meq; meisq; tibi.
Quare quod superest tua molliter ossa quiescant,
Menti sit requies in regione poli:
Spiritus atq; tuus Paradisi vivat in horto,
Dum novus, adventu ludicis, orbis erit.

NÆNIA NOBILIS AC

PVDICISSIMÆ MATRONÆ MARIE,
conjugis nobilissimi viri D. Hæctoris ab Holtz-
husen &c. suprà positi: ad tumulum
Margrethæ sororis germa-
næ defunctæ.

HAC ò luce magis dilecta soror, mea cura.
Ergo vermiculis esca futura jaces.
Egregium verò recipis pietatis honorem?
Scilicet hoc meritum tæda pudica refert?
Nec juvat infami sine crimine vita peracta,
Syncera nihil & religionis amor.
Nil sanctæq; piæq; preces valuere sororis,
Quas fudi Superis, sedulitate, fide.
Me piget incassum pia vota subinde sonasse,
Et fatum votis prævaluisse, dolet.
Heu quantum matri casus feret iste dolorem,
Cui poterat nec amor major inesse tui.
Huic male sit cujus te vis inimica peregit,
Angusta vitæ conditione frui.
Stulta sed immodico me cur affligo dolore?
Cur lacrymas frustra prodiga fundo graves?

Nil faciunt

Nil faciunt lachrymæ, nec eas soror ipsa requirit,
 Nascitur hinc quicquid, semina mortis habet.
 Quare, chara Soror, non invidéo tibi vitam
 Æternam, fragilem grator abesse magis:
 Spes tamen alma mihi manet ima mente reposta,
 Rursum nos reddi: te mihi, meq; tibi.
 Ut redit arboribus virax reuidentibus ætas
 Vere, quibus fuerat noxia pestis hyems:
 Sic homini tandem reddetur, quæ fuit antè,
 Vita, sed interitus conditione carens.
 Molliter interea, Soror, hinc tua membra quiescant:
 Spiritus æthereo cum patre viuat ouans.

Hoc illud est, quod
 animo verè Heroico &
 Christiano aiebat D.
 Hector &c. suprà me-
 moratus: cum Nobili-
 tati ipsius proximis die-
 bus ego indicarem, me-
 vices suas de affine de-
 functa condolare: Sunt
 (aiebat ille) casus mun-
 di, &c.

LAMENTATIO SO- RORIS ALTERIVS, ELISABETHÆ, natu minimæ: conjugis nobilissimæ nobilissimi item atq; clarissimi viri, D. Philippi Gvendij &c.

VIX ego mœsta meæ defleram funera Natæ;
 Ecce novi nobis causa doloris adest.
 Scilicet heu animam soror & mea Margaris efflat:
 Tristitiæ heu nobis copia quanta datur?
 Hei mihi quàm constans nihil est sub culmine cœli?
 Quamq; manent rarò gaudia nostra diu.
 Quò te fata vocant, Soror: & Margrethula quò te
 Proripis? an cura est non magis vlla mei?
 Tène citò à nostris adeò complexibus auferis?
 Mène tuosq; abiens deseris ante diem?
 Nullane cura meæ gnata te tangit ELISÆ,
 Quæ tibi de collo sæpè pependit onus?
 Quò tuus ille abiit verè insuperabilis ardor,
 O Soror, & animæ dimidiumq; meæ?
 Forsitan affectas nostri commercia PATRIS,
 Quem mors seua simul sustulit ante diem.

Ergo petis

Ergo petis cœli, mihi terræ gaudia linquis?
 Gaudia quæ sine te mihi superesse queunt?
 Me quoties tenuit felix amplexus in ulnis
 Ante tuas? quoties basia junxit amor?
 Nunc fugis: hæc ne animo repetens non frena doloris
 Laxem? non lacrymas lumina mille ferant?
 At quia sic Superis usum est, quid inania fundo
 Verba? Deo quemuis cedere fata docent.
 Sunt equidem, fateor, seu serpentis & hostis
 Præstigiæ, multum nos quibus ille premit:
 Sed tamen absq; DEI jussu nutuq; benigno
 Non cadit à capitis uertice criminis iners.
 Non premit ut perdat, castigat amore paterno;
 Emendet uitam quilibet ergo suam.
 Nunc igitur per chara meæ pars altera uitæ,
 O soror, æternis exaturare cibis:
 Hic tua sors fuerat multis subiecta procellis,
 Nunc uerò cernis gaudia læta poli.
 Si qua tibi à mundo facta est injuria prauo,
 Iudicis in iusti proijce cuncta sinum:
 Delicti pœnas animo patiente tulisti,
 Delicti ueniam sæpè petita tui.
 Spes tua Christus erat, quem nunc fiducia prendit,
 Auxilium præsens Emanuelq; λόγος.
 Hic sua pro nobis perpeffus vulnera mortis,
 Crimina persuso sanguine nostra lauat.
 Ab desidcrium nostræ spes unica uitæ,
 Iam uerâ in Dominum spe tumultata, Vale.

MARGRETHA

SCHVVERTZIN DE FVN-
 cta, respondet matri sororibusq;
 germanis suis s:

A H mihi quæ in mundo mater dilecta superstes
 Viuis adhuc, (viuas Pylj ad usq; dies)

Quid

Quid iuvat injustas toties iterare querelas?
Si non vis alijs parcere, parce tibi.
Vos quoq; vos graciles, & aurea corda, sorores
Suspensio fletu tergite, quaeso, genas.
Nil lachrymae profunt, stat inexorabile fatum:
Omnia, quae vivunt, mors violenta rapit.
Nil valet hic splendor, nihil ars, nihil ardua virtus,
Nascitur hic quicquid, semina mortis habet.
Non iuvat argentum, non aurum aut magna potestas,
Clarorum profunt stemmata nulla patrum.
Nil blande docetq; preces, nil anxia vota
Efficiunt, pietas religiofa nihil.
Vita hominum mors est: sed mors reparatio vitae:
Vivere qui gaudet, non timet ille necem.
Vt iam triste mori est, sic dulce resurgere quondam:
Cum DEVS in nobis omnibus vnus erit.
Nunc ego nunc vix in requie, curisq; soluta
Gaudeo, & aethereis perfruior vsq; bonis.
Terris nulla quies, terris concordia nulla est:
Angitur bei varijs hoste minante modis.
Reges atq; Duces horrentia praelia miscent,
Gens contra gentem ferrea bella mouet.
Negligitur pietas, miscentur sacra profanis:
Regnat auaritia, luxuriaq; malum.
Deniq; sunt seclis, pestis, penuria panis,
Atra fames, seuit dirus ubiq; furor.
His quod ego erumnis cunctis sum morte soluta,
Lator, & hinc capio gaudia vera poli.
Gaudia quae nemo audiuit, quae lumine nemo
Vidit, quae nemo tangere mente potest.
Sentio iam demum quam dulce sit atq; decorum
Ponere per mortem triste laboris onus:
Eff. q; coelicolas inter, coetusq; beatos:
Cernere & in trino Numine Numen idem.
Nunc Abrabae in gremio, Simeonis pace quiesco,
Dum mihi iustitiae parta corona datur.

B

Et, sicut

Et, sicut serpens, posita cum pelle senecta,
Mox iterum squamis luxuriare solet :
Sic quia mortales ego nunc hos deposui artus :
Quando labetur summus ab axe dies,
Carne noua surgam noua, prodiboq; sepulchro,
Atq; fruor summi cognitione DEI.
Hisce valete omnes : Mater, fidaq; Sorores,
Tu pater Holtzhufen, tuq; Guende simul.
Hisce valete omnes : cum vos quoq; fata vocabunt,
Rursus in aethereis conueniemus agris,

Ἐπιτάφιον μαργαρίδος μελαίνας.

Ἦνιδε μαργαρίδος τε μελαίνας σώμα καθεύδει,
Ψυχὴ δ' ἐν τῷ τάφῳ μέλει μακάριον.

ΕΤΕΟ=